de opatiōe attractiue. Aliq tñ volūt q̄ attractiua villoz  
longitudinaliū aliqui facit vilos getos stare sz oportunita-  
tes t̄ p̄stringi sz ptez decetero aptā ad pellendū in aliuz ad  
quā d̄z fieri attractio: sz hoc nō eē de p̄ncipali intētione at-  
tractiue: sz scd̄aria: hanc viā non credo sensisse Auicē. vt p̄z  
ca. supra allegato. **N**ō z°: supponēdo q̄ a vt̄ute eadē fie-  
ret equitatio villoz: t̄ eoꝝ mot⁹ qd̄ licet t̄tingat mediante  
eodē tēpamēto h̄ fieri diuersimode applicato obiecto: tñ  
p̄ gete minor regis̄t calidas q̄b pro motu. Et ita intelligen-  
dū ē de retētiua q̄ motu vt̄i t̄ gete. **C** Nō 3°: q̄ sicut p̄ma-  
rō videſ arguere q̄ vt̄us idigeat caliditate tpe maiori: ita z°  
pbat q̄ intēsori idiget caliditate pp mot⁹ vehementiam.  
**C** Et attractio qd̄ē fit aut vt̄ute attractiua quē-  
admodū magnes attrahit ferrū: aut iplendo va-  
cuū sicut aqua trahit in azaracha: aut calore si-  
cut in lāpade attrahit oleū: lz hec pars tertia re-  
ducat̄ necessario ad iplendū vacuū apud certifi-  
cantes īmo est ipsamet. **C** Ergo virt⁹ attracti-  
ua calidatis h̄uerit auxiliū fortior erit attractio.  
**C** Nūc enērat modos quib⁹ fit attractio. t̄ diuidit in tres  
ptes. p̄: facit h̄. z°: remouet dubiū. ibi (lz hoc) ibi 3° (cū ḡ)  
Infert correlatiuz. **C** Dicit de p̄a pte. q̄ attractio aut fit a  
vt̄ute sicut ferrū attrahit a magnetē: aut sīc attrahit a va-  
cuo: sicut aq̄ attrahit in instrō qd̄ arabice vocat̄ azarach: t̄  
ē instrō cōpositū ex duab⁹ cānis: q̄rum vna est alia valde  
lōgiōr: t̄ iungunt̄ iūicez in angulo: t̄ minor ponit̄ in vase  
pleno aque: deinde posito ore ad aliā attrahit aer t̄ seq̄t aq̄:  
t̄ post cū dimittit aqua p̄ se seq̄t: aut 3° fit attractio a cali-  
do: sicut in lāpade lichiniū attrahit oleū. **C** De z° parte di-  
cit. q̄ hec attractio q̄ fit a calido apud certificantes. i. phos  
reducit̄ ad vacuū. nā cū ps olei q̄ in lichinio t̄tineſ leuiga-  
ta ascēdit alia mouēt ad locuz p̄me ne det̄ vacuū. **C** Dicit  
de tertia pte q̄ ex his seq̄t q̄ cū virtus attractiua habuerit  
auxiliū calidatis attractio erit fortior q̄r ibi due cāe con-

Sen. I.

īungent. **C**ū nō p̄mo attractionē fieri a vacuo. intelligit B  
mō q̄ attrahit aliqd ne det vacuū et non q̄ vacuū sit quo/  
quomō cā attractiōis. **C**ū nō z: q̄ p̄ virtutē debem⁹ intelli/  
gere aut specificā formā aut q̄litatē occultā: l3 tales n̄ agat  
nisi vt instr̄m forme subalīs. Et f3 hoc voluit qdaz q̄ spon/  
gia q̄ ponit in pte in aq: et tñ implet aq quo ad ptez distatē  
attrahit aquā p̄ formā specificā. Et silr de attractiōe pāni.  
Pānus attrahit aquā vel vinū: et silr de lana. Et dicitur ge/  
neralr in talib⁹ corporib⁹ siccis spongiosis eē tale specificā  
virtutē attrahēdi ligda currētia. nō tñ hoc fieri rōne siccī/  
tatis attrahentis. **C**ū Aliq nolūt hoc fieri rōne siccitatis at/  
trahentis. Et dicūt Anic. hic de siccitate tacuisse dans ītel/  
ligere hic p̄ caliditatē quā noīauit. **C**ū S3 hoc nō videſ ſe/  
rum cū Anic. attractionē a calido reducat ad vacuū tanq̄  
nullā ponat in calido p̄ ſe virtutem attractiūam.

¶ Ali⁹ dicunt in talib⁹ corpib⁹ attractionē fieri ne def⁹ va-  
cuū. Nam aq̄ densat aerē: et ille occupat minorē locū: et seq-  
tur aq̄ ne def⁹ vacuū: et sic sūr vel alio mō q̄ aer fugit ab aq̄  
tanq̄ a p̄rio motu veloci et insegrē aq̄ ne def⁹ vacuū. ¶ Or si  
dicat q̄ spongiā sup aquā suspensaꝝ expertū est. nō tñ tan-  
gentē aquā tandem inueniri plenā aqua. ¶ Dicūt aliq⁹ h̄ eē  
argumētuꝝ pbās q̄ attractio fit ibi a forma specifica: s̄z nō  
est dubiū q̄ inētia fit vapoꝝ ab aq̄ eleuatio q̄ in spongia  
remanentes p̄nt in aquā suerti: et multis alijs modis si cōsi-  
deras hoc saluari p̄ot. In attractione aut̄ duax virgularū  
auelane cā est occulta proprietas q̄ tñ debilis est: et in fiscis  
virgulis non reperitur.

**Sed in parte ista** dubitaf:qr vñ q nullia attra-  
ctio fita vacuo p hoc q attra-  
ctio est qd positiuū: ḡ h̄ cām efficientē positiuā: s̄z vacuuū  
nō est h̄ cū nō sit nec possit eē nāliter. C Or si dicat vt su-  
pra vacuū nō esse cām: s̄z tñ corpus moueri ne deē vacuuū:  
tñ stat argumētuz: qr in casu nulla ē ibi cā positiva efficiēs  
talis mot?: ḡ talis mot? nō d̄z eē. vt vbi grā. qñ aq̄ instrumē-  
tuū sequit̄ in instrō supra noīato ascendēdo in p̄ma cānula.  
C Hic dicif̄ cōiter ab oībus q̄ in oībus corporib? subluna-  
ribus ē quedā qlitas q̄ possunt moueri p̄hibēdo vacuū: vt  
vnūquodq; istoꝝ corpos sublunariuū appeteret vñ quaq;  
stigiari cū alio corpe ad saluandā stiguitatē r ordinē vni-  
uersi sine illa qlitas sit cōnata siue a supcelestib? influxa: z  
hāc dicunt cāz positiuā hui? motus ne deē vacuū. C Con-  
tra. p̄mo segt̄ hūc motū esse ipulsionez nō attractionem.  
C Scđo seqret̄ in oī tali motu q̄ fit simipl̄r ne deē vacuuū  
atra nālez specificā inclinationē eius qd mouet̄: sicut aque  
sursuz: ignis deorsuz qlitatez illā motiuā ne deē vacuū esse  
fortiore pro tūc ad illū motuz faciendū q̄ sit specialis qlit-  
tas: vtputa grauitas ad resistendū. Et p̄z ḡnā: qr in tali mo-  
tu est resistētia: vt ad experientiā videm? q̄ aq̄ in cipho cū  
fundo superiori resistit trahenti ciphū sursuz: s̄z nō fit tal' mo-  
tus vbi est resistētia nisi vtute actiua dñante. ḡ ad talē mo-  
tum faciēduz opz illā qlitatē motiuā ne deē vacuuū dñari  
speciali qlitati ei?: qd mouet̄: sed hoc ḡnīs ē falsuz: qr tūc in  
tractu aque sursuz ne deē vacuū nullius eēt labor. C Nec  
difficilius trahemus multā aquā fil' ne deē vacuū q̄ pau-  
cam: qd est ḡ experientiā. Et ḡnā p̄z. p̄ hoc q̄ cū illi mot? fiāt  
a p̄ncipio i trinseco dñante resistētie. vtus quantūcūq; mo-  
dica posset tales motus facere r in multa aq̄ esset eqlis p̄/  
portio vtutis mouētis ad resistētiaz sicut in pauca: vt p̄z in-  
telligēti: neq; ēt possemus assignare cām q̄re magis aq̄ q̄z  
lapis segt̄ ne deē vacuū cuz ēt in lapide sit tale p̄ncipiuz  
motiuū qd in tempore vicit suā grauitatem.

**C**Propter hec et multa similia credo quod in motu aque sursum supra suam sperantem deinde vacuum intrinsecum principium in aqua nullum est quod sit effectivum illius motus: vel quod ad illum motum inclinetur. Hoc dico illum motum esse a propria extrinseco mouente corpore etiguum et appetitum quem habent corpora ad contiguationem vel conti-

Boc. VI.

nuationē vnde quaque ē p accīs cāz illi⁹ motus directe: sic si ferrū p collā alligeſ ligno ⁊ trahat lignū sursuz ⁊ ferruz ſeḡt:nō est dubiū q̄ viscoſitas cole ⁊ tenacitas nō est cā ef- ficiēs p se illū motū ferri nec appetitus quē hñt ptes ferri ad continuitatē adinuicē eſt efficiēs illū motū:ſz ego q̄ traho ⁊ p accīs illi appetitus ſūt cōia.nō ḡ ferrū a pncipio intrin ſeoq̄ mouet:ſz tñ aliq̄ appetitus ei⁹ eſt cā accītaliter iſti⁹ motus: ⁊ ideo dico iſtos mot⁹ eſſe ſimplr violētos ⁊ eēvere attractiones q̄ ſunt a corpe vel virtute mouēte illud p̄mū qđ alia ſequunt. ¶ Nō v̄lteri⁹ q̄ in lucerna ⁊ ſilib⁹ attrac- tionib⁹ pſideramus duplicitia mota.vnū motū eſt p̄ ſale facta leuigata q̄ ſui leuitate aſcēdit ſursuz: ⁊ hoc non p̄prie d̄r attrabi.alius mot⁹ ē partis nō leuigate q̄ ſegtur ad locū in quo recedit p̄ ſale: ⁊ iſta mouet ne detur vacuū ⁊ d̄r proprie attrabi. ¶ Nō v̄lteri⁹ q̄ dolor ſi ſit cā attractio- nis hoc ē p accīs: qz nā trāſmittit ⁊ calefacit mēbrū: ⁊ mē- bruz calefactū attrahit a pncipio.tñ poti⁹ eſt cā ipuſſionis q̄z attractionis. ¶ Qz ſi dicat q̄ ſiccitas eſt cā attractio- nis: qz cerebz ſiccū facile repleſ: vt p̄ma tert⁹. Negat ḡna.cū eadē multitudo vapoꝝ veniēs ad cerebrū nāliter ſiccum erit ſibi diſcoueniens q̄ nō eſt diſconueniens cerebro nālt humido vel rēparo. ¶ Ultimo coſidera q̄ cū coniungan- tur necessitas vacui: ⁊ calor ⁊ virt⁹ fortior fit attractio. H̄z hec Aliicēna reliquit tanq̄ notum.

**C**Expulsiua vero minus indiget siccitate q̄z at-  
tractiua t retentiua. nō. n. indiget ɔstrictiōe rete-  
tiue: neq; iſeparabilitate attractiue t ɔstrictiōe  
ei⁹ t circūdatōe attracti tenēdo ptes instri: do-  
nec ad illas alteri⁹ partis attractio pueniat. Et  
ad vltimū nullo mō indiget expulsiua qete: sed  
motu t inspissatione paucā q ad exprimendū t  
ad expellendū tali adiuvet mēsura: qten⁹ p ipsā  
remaneat instrm figurā exp̄ssionis t ɔstrictio-  
nis ɔseruans quēadmodū in retentiua tps lōgi  
t in attractiua tps breue est necessariuz donec  
partium attractiovnaz applicet alij: ideoq; sic-  
citate parum indiget.

**C** Nunc determinat de istis qualitatibus in comparatione ad expulsiuam. Et comparando expulsiuam quibusdam virtutibus in indigentia siccitatis. Et dividit in tres. primum ponit unam conclusionem. secundum ponit unam rationem ad ipsas probandas. tertium ponit aliam. ibi etiam. Non indigeret ibi tertium. (Et ad ultimum). **C** Dicit de prima parte quod expulsiva minus indiget siccitate quam attractiva retentioniua. **C** De secunda parte dicit hanc rationem expulsiva non indiget actionem retentionis: nec indiget inseparabilitate obiecti et constitutione organi et circundationis obiecti et retentionis eius tanto tempore donec alias partibus attractio pueniat ad ipsum quibus indiget attractiva: quod minus indiget expulsiva siccitate quam retentioniua vel attractiva. tenet Anna per hoc: quod si siccitas est necessaria istaz virtutum operationibus maxie per istas disponit esse necessaria. **C** De tertia parte vult hanc rationem. Expulsiva non indiget gete sui organi: sed mota et inspissatione pauca tarda. sed quantum sufficit ad tenendum prius instrumentum figuram bonam expulsoris: ita quod non indiget tenere suum instrumentum quietibus tempore longo: sic retentioniua: nec tempore paucis sicut attractiva: quod minus indiget siccitate: quod per quietem maxime videtur siccitas necessaria. **C** Littera parte non primum quod licet plus debeat instrumentum constringi in expulsione quam in data retentione. tamen quod restrictione que est in retentione sit cum gete: id pluri indiget siccitate. Cum ergo de tempore expulsione non indiget restrictione retentionis non intelligitur quod non indigeat talia restrictiones: sed non indiget ea ita circumstantia cum gete sic retentioniua. **C** Non secundum ut supra dicitur in attractione cocurrere attractione partis habentis: et getez obiecti contenti in coquiliis

tate attrahētis q̄ vocat hic ab Auicē. inseparabilitas & ge-  
tez p̄tis p̄oris circūdatis obiectū donec pueniat ad ipsā at-  
tractio p̄tis alterius. Et hec oīa indigēt fixione & siccitate:  
q̄ oīa Auicē. tetigit in littera. Expulsiuā vero nō indiget h̄s  
geribus: vt p̄z. si habuerim⁹ vñū corpus oblongū ad modū  
intestini plenū in expulsiōne p̄tēti in eo nō indigemus nisi  
pti⁹ strictione incipiēdo ab vno exēplo trāseundo versus  
aliud. ¶ Nō 3. q̄ licet expulsiuā v̄tus iuuēt aliq̄ h̄uidita-  
te vt sumit ab ysaac libro eltorū. Et a Johānitio: & ab Auī.  
iz⁹. tert⁹: & experīētia. docet. tñ ad ei⁹ opationē regri⁹ aliq̄  
lis siccitas: & nō qlitercūq̄ intēderēt humiditas fieret ex-  
pulsio fortior. Qis. n. imoderata discrasia deicit actū p̄prie  
virtutis. ¶ Nō 4. q̄ l̄z expulsiuā videatur ex dictis indi-  
gere h̄uiditate. tñ magis videtur idigere caliditate q̄ alia  
qualitate ex quo magis motu indiget &c.

¶ Que aut̄ plus eis oīb⁹ indiget caliditate est di-  
gestiua que siccitate non indiget: & h̄uiditate vt  
nutriēs efficiat & ad penetrandi in foraria & ad  
figuras recipiendas aptū reddat.

¶ Nunc Auicē. determinat de istis qlitatib⁹ cōparatiōe ad  
digestiū: & cōparat digestiū alīs v̄tutib⁹ quo ad indigen-  
tia alicui⁹ de istis qlitatib⁹. Et dividit in duas p̄tes. Pri-  
mo ponit intētionē probādo. & respōdet cuidaz dubio. ibi.  
(Neq̄ p̄t alig⁹). ¶ In pte p̄ma duas intēdit h̄nes. Pri-  
ma ē digestiua v̄tus plus indiget caliditate istis alīs: & itel  
lico de digestiua cōi. Patet p̄ experīētiaz: & pp̄ fortitudinē  
motuū q̄ a digestiua fiūt. Secunda cōclusio digestiua nō in-  
diget siccitate tanq̄ instrumēto sibi subordiato ad opatio-  
ne. Probaſ. digestiua indiget illa qlitate que facit nutri-  
ens ligduz & aptū ad penetrandi p̄ foramina: & ad recipie-  
das figuras mēbroz in que ouerti d̄z & nō p̄rio: & h̄s instr̄z  
est humiditas & siccitas est ipeditiua. ḡ &c. ¶ Nō tñ. q̄ lit-  
tera pro z⁹ cōclusione possit aliter introduci. videlicet non  
q̄ dicat digestiua absolute nō indigere siccitate: & q̄ dige-  
stiua nō indiget siccitate ad eliquāduz nutrimentū nec ad  
faciendū penetrare: nec ad figuras capiēdas. cuz hoc tamē  
stat q̄ indiget siccitate pp̄ dare humido digerēdo & plexio,  
nem oueniētēz: & pp̄ ingrossare: & pp̄ multa alia: & ista mihi  
plus placet. ¶ Nō p̄mo. q̄ hec dicta oīo sunt v̄a de dige-  
stiua cōi. Nā propria digestiua ingrossat & spissat: vt supra  
dictū est. Nec facit nutrimētu⁹ ligduz: vel ad pp̄ penetrā-  
duz in foramina p̄paratum. ¶ Nō z⁹. q̄ l̄z frigiditas mul-  
toties effectiue occurrit ad cōplendū dispōnes rei genera-  
te p̄ digestionē. ipsa tñ nō effectiue occurrit ad digestionē vt  
virga cu⁹ generat pinguedo p̄ viā digestionis a calido: cum  
ipsi⁹ coagulatio ē a frigore: & ita rostra pili & vngues & mul-  
ta talia. regri⁹ tñ caliditas tēpata ad digerēdu⁹. & iō p̄ acci⁹  
ocurrat frigus. ¶ Nō 3. q̄ ad digestionē cōem maior regi-  
tē caliditas q̄ ad attractionē vel expulsiōne aut retentio-  
ne. In lienteria. n. a frigore cāta calor sufficit p̄ attractiōe  
& expulsiōne: & nō p̄ digestiōe. Sūl'r aliquā sufficit p̄ retentio-  
ne & nō pro digestiōe. De p̄pria āt nō sic manifestū est: & tñ  
pportionabilr est putanduz. l̄z ḡ mediāte eodē calore mē-  
bruz attrahat & digerat. tñ maior mēsura caloris regri⁹ ad  
debite digerendū q̄ ad ita attrahēdu⁹: & hoc voluit Auic.  
¶ Nō 4. q̄ digestiua stomaci iuuāt sicco p̄ acci⁹ duob⁹  
modis. Unus ē q̄ sumit h̄uidates flegmaticas i⁹ stoma-  
cho abundātes q̄ digestionē ipediunt. Et alio mō q̄ sicca  
iuanit & stringunt p̄tes stomaci adiuicē magis q̄ magis  
luncte meli⁹ digerūt. Et hoc voluit Auicē. iz⁹. tert⁹. q̄ dige-  
stiua iuuāt calidis & siccis. nō tñ q̄ siccitas sit instr̄m dige-  
stiua v̄tutis in opando. Et ad h̄uc sensu⁹ dixit Auicē. hic q̄  
digestiua nō indiget siccitate. ¶ Ingrossatio āt que fit i⁹ di-  
gerendo sufficiēter a calido. Et si aliqua reperiāt digestio  
in nobis p̄portionata assationi. in ipsa tñ operāt v̄tus me-

diante h̄uidido: & remissori q̄ in alijs veris digestionibus. &  
fm h̄ v̄tus digestiua indiget āt h̄uiditate in p̄prio subo & in  
obiecto circa qđ operaſ: indiget illa vt v̄ta⁹ ea ad inducen-  
daz cōplexionē mediā inter h̄uiditatē & siccitatē: & vt p̄ illā  
mā sit p̄parata suos motus & imp̄ssiones retinere: siccitate  
aut̄ nō indiget ad ista: & vt sit h̄uiditatis p̄portio fini ītēto  
l̄z alig dicāt hic vt supra d̄r: Auic. log de digestionē cōi que  
fit h̄uidido vt in stomacho & ī epate: & q̄nq̄ maiori: vt in pue-  
ritia vel flegmatico: q̄nq̄ ab ori vt in senectute vel coleri-  
co. Et istas dicūt nō p̄prie esse optes: & comparatiue tñ.  
¶ Ex q̄bus p̄ solutio quorundaz dubioz hic moueri soli-  
toz: vt p̄ aliqua digestio fiat a frigido. vt p̄ digestiua v̄tatur  
siccitate. v̄trū maiori indigeat caliditate digestiua v̄l at-  
tractiua & multoꝝ similiū. ¶ Et si q̄raſ que v̄tus indigeat  
pluri calore v̄l digestiua v̄l nutritiua. ¶ Respōdet cōi-  
ter q̄ digestiua cōis pluri calore indiget q̄ p̄pria v̄l nutri-  
tio: ita q̄ l̄z cor sanū mediāte eodē calore faciat digestionē  
cōeſ & p̄priaſ: tñ cum aliquāto gradu caloris sufficit facere  
p̄pria cuz q̄to nō sufficit facere cōem. & digestiua p̄pria  
ītēp calore minori indiget q̄ p̄pria nutritiua: vt q̄daꝝ di-  
cunt. Nam si p̄ remissionē caloris v̄trūq̄ v̄tutis opatio-  
d̄z impediri op̄z q̄ ipedit nutritio non ipedita digestionē:  
vt ossilatio vel v̄nio: sed nō p̄t ipediti digestio qn ipediaſ  
nutritio. ¶ Ego aut̄ credo q̄ hec rō non probat. Nā q̄uis  
ipediaſ nutritio ipedita p̄pria digōne p̄t dici q̄ hoc est: q̄  
obiectū nō est oueniēter p̄paratū: nō q̄ v̄ius nutritiua tñ  
debilitata sit q̄ nō sufficeret in p̄pria operationē respectu  
conuenientis obiecti.

¶ Neq̄ p̄t alig⁹ dicere q̄ si h̄uiditas in digerē-  
do esset iuuatiua pueri possent res duras dige-  
rere. Nō. n. prouenit pueris nō posse istud & in  
iuenib⁹ posse pp̄ hoc: & pp̄ homogeneā & ho-  
mogenee elongationē. Oz. n. ex reb⁹ duꝝ existit  
cōplexioni pueroz nō est homogeneū. Virtu-  
tes igit digestiue corā eo nō operant: neq̄ ip̄m  
recipiūt retētue: & cito ip̄m expellūt expulsiue.  
Iuuēnū vero cōplexionibus est id cōueniēs: &  
ad eos nutriendos conueniens.

¶ Remouet dubitationē dices q̄ nō p̄t alig⁹ dicere h̄ea  
que statim dicta sūt q̄ si h̄uiditas iuuaret in digerēdo: tūc  
segur q̄ pueri possent digerere res duras: sicut iuuenes v̄l  
melius q̄ est falsuz. Et p̄z v̄na p̄ hoc q̄ in calore sūt eq̄les:  
& h̄uiditatē h̄nt pueri maiore. ḡ h̄nt fortiorē virtutē di-  
gestiua. Et p̄z res duras p̄t magis digerere. ¶ Rūde-  
tur. n. q̄ hoc nō accidit pueris nō posse res duras digerere  
iuenib⁹ potētibus pp̄ v̄tutis digestiue debilitatē: & p̄pte-  
rea q̄ res dure h̄nt homogeneity cū iuuenib⁹ q̄ sunt duri  
respectu pueroz: & nō h̄nt homogeneity cū pueris q̄ sūt  
valde h̄udi. Et iō virtutes digestiue pueroz nō opant cō-  
uenienter in rē siccā & sue retentiue nō bñ recipiunt illaz:  
sed cito expellūt ip̄m expulsiue. Sed illud siccū est oueni-  
ens cōplexionib⁹ iuuēnū. & iō digerit & retinetur. ¶ Circa  
partē nō. q̄ homogeneity intelligit silitudo in cōplexiōe  
actuali: q̄ sola nō est sufficiēs cā facilitatis digestionis. nam  
videmus q̄ ouis q̄ est h̄uida digerit paleas siccias q̄s non  
digerit serpens vel leo vel ancipiter q̄ sunt aialia sicciora: &  
eō illa digerunt carnes q̄s nō digerit ouis. Regri⁹ ḡ etiā  
occulta p̄prietas currēs inter nutrimētu⁹ & nutritū & dige-  
rens & digerēdu⁹ q̄ facit digerendū aptū pati a digerente.  
¶ Nō. q̄ h̄uiditas facit obiectū passibili⁹ q̄s siccitas vt oēs  
cedūt: & docet experīētia: & p̄cipue passionū q̄ regruntur in  
digestione. ¶ Ex quo segur q̄ alīs parib⁹ humida sūt fa-  
cilius digestibilia q̄s siccā. Et istud colligi p̄t in cōmento

# Sen. I.

illius afforismi. Facilius est repleri potu q̄ cibo. Et ex istis apparet q̄ nō seq̄t hoc nutrimentū: h̄z maiore homogeneitatē cuž isto corpore. q̄ est facili digestibile nisi ponātur alia paria. nā stat q̄ nō currat inter ea ita cōueniēs proprietas occulta; vel q̄ rōne siccitatis multoplus resistit q̄ rōne homogeneitatis fiat facile digestibile. Pueri q̄ nō digerunt res duras s̄ molles: q̄ in mollib⁹ homogeneitas et proprietas eqlis: et maior passibilitas ex pte humiditatis. Juuenes aut̄ magis digerūt duras q̄ molles: s̄ tñ possunt digerere duras et nō pueri. et ratio. q̄ l̄z dure res habeāt cogēnitatē qd̄ nō h̄nt molles: tñ ex pte maioris h̄uiditatis sūt molles tāto ex parte maioris h̄uiditatis sūt molles: tanto magis passibiles. Et ex hoc fundamēto apprehēdere potes q̄re senes melius digerunt res molles q̄ duras: et sunt molles nutrimenti.

**Ucrum iuueneſ** habet v̄tutez digestiuā fortio, repueris. Et arguit q̄ sic. Primo q̄ meli⁹ digerūt dura et eq̄liter h̄uida. vt 6° de acc̄nti. Scđo: q̄ h̄nt complexionē tempataz: de 2° mō: et tēpatū seq̄tur fortitudo. Tertio: quia calor ē acutior et magis absolutus ab h̄ido suffocāt. Quarto. q̄ plus s̄l̄ digerunt cum plus in vna cibatiōe recipiant. Quinto. q̄ meli⁹ restaurāt et pfeci⁹ cū restaurarēt pportionatū sibi q̄ sunt pfectiores et meli⁹ operant. Sexto: q̄ pueror̄ nā in digerendis cibis nōdū est firma: vt 3° afforismoz. cōmēto z6°. In oppositu arguit p̄: q̄ nāles act⁹ pueri sunt fortiores 6° de regimine sanitatis. Scđo. q̄ plus h̄nt de h̄uiditate q̄ iuuat ad digestionē alijs paribus. Tertio q̄ digestio eoꝝ seruit cōplete nutritiue et augmētatiue: sed iuuenu nō nisi nutritiue. Quarto. q̄ citi⁹ digerūt cū pluries comedere possint in tpe eq̄li digerēdo. Quinto. q̄ digestio in pueris ē melior q̄ esse pōt in plib⁹ horis supra. cap. de etatib⁹. In dubio est r̄nūs antiq̄ Joānis de fācta Sophia q̄ digestio nez ēē pfectiore pōt intelligi dupl̄r: vel q̄ citior et velocior: aut q̄ pfectius et meli⁹ est genitū p illā digestionē. Itē genitum pfecti⁹ pōt dupl̄r dici vel absolute: vel cōparatione ad vite durationē. Tunc ponit tres ḥnes. Prima. puerorū digestio est velocior respectu obiecti sibi pportionati q̄ iuuenu: pbat: q̄ digestio pportionat nutritioni et resolutioni q̄ sunt velociores in puerō q̄ in iuuene: vt in cōmēto affōrismi. Qui crescūt plurimū h̄nt calorē et c. Et q̄ pluries si, ne nocūnto comedūt. Scđa 2. digō pueror̄ ē pfectior digōne iuuenu rōne geniti p digestionē cōparatione habita ad vite p durationē. p̄: q̄ h̄uidū pueror̄ est apti⁹ pro vite p durationē. Tertia 2. digō iuuenu ē absolute pfectior digestionē pueror̄. Patet: q̄ genitū p talē digōnez ē absolute pfectius cū pfectiores possint opatiōes. Et s̄m B p̄ arguit oꝝ solutō: et cū hac pōne plimi moderni trāseūt. Antonius aut̄ de parma voluit q̄ in digōne cōsideramus eliq̄tionez et opatiōe: q̄ pprīe est digestio: q̄ pmixtio et tēperatio h̄uidi cuž sicco quo ad primū dixit fortiorē esse iuuenu digestiuā: et iō res duras meli⁹ digerere. Quo ad scđz dixit vna nō esse alia fortiorē. Sz si diungas v̄triusq̄ positionis dicta solutio erit facilior.

Et ex hoc qdē collectū est q̄ retentiua indiget pstrictione et figuraz pstrictiōis fixione longo tpe et paucō motionis adiutorio. Et attractiua pstrictione idiget et fixione et pstrictiōis tpe breuiissimo et in motu multo indiget aurilio: et expulsione est necessariū stringere tñ sine fixiōe de qua nō est curādū. Et indiget adiutorio ad motu faciendū. Et digestiue est necessariū eliq̄re et tēpare: iōq̄ virtutes iste qlitates illas q̄tuor

# Doc. VI.

ineq̄liter opari faciūt et eis ineq̄liter indigent. Dic Aui. epilogat circa dicta: et p̄ consideranti.

**De virtutibus aialibus.** Cap. III.



Irtutes aut̄ aiales intelligi volunt p illas virtutē illam q̄ cū in mēbris recepta fuerit preparabit ad recipi endum virtutem sensus et motus et operationis vite.

Post determinationē de v̄tutibus nālib⁹ determinat de aialibus. Et diuidit p̄ns capl̄m in duas ptes. Ponit primo vna notificationem de virtute aiali. 2° illam explanat. ibi. Nos aut̄ hanc. Prima in duas. p̄mo ponit notificatōes. 2° docet qdaz aie acc̄ntia ad istā virtutē reduci. ibi. Quibus etiā. Dicit p̄mo q̄ medici p̄ virtutē aialez volunt intelligi illā virtutē que cū fuerit recepta in mēbris ppara bit ea ad recipiendū v̄tutē sensus et motus et opatiōis vite. Primo notandū q̄ v̄tutes nāles ea rōne q̄ nāles cōniunt oībus aialis siue sint aialia siue nō: et iō dicunt cōiores vitalibus: et iō de illis p̄ri⁹ Auicē determinauit. Nō 2° q̄ virtus pōt dici aialis aut q̄ ē virtus aie: et sic digestua et oēs virtutes de ḡbus in ista doctrina determinat sunt aiales. Scđo mō d̄r virtus aialis: v̄tus aie opatiua cognoscendo vel mediāte cognitione. Et isto mō solū virtus cognoscitua vel motuia volūtarie d̄r aialis. Tertio mō dicatur alicq̄ virtus aialis: q̄ soluz in corpore aialis repta: et isto mō vitalis et aialis imēdiate ante dicte sunt aiales. Quarto sumi⁹ aialis pprīe pro v̄tute in solis aialibus repta q̄ pparat ad receptionē v̄tutis sensibilis motiue. et isto mō sumi⁹ hic: et hec v̄tū ē illa quā medici vitalē vocant ex quo patet sensus rubrice et significatio isti⁹ termini in p̄ncipio capl̄. Nō 3° q̄ p̄ opatiōes vite qdaz intelligūt v̄l̄r oēs opatiōes in viuente repta q̄ sine vitali v̄tute fieri non p̄t. Alij dicunt intelligi opatiōes pprīas vitali sicut spiritus generare pulsare: et aiaz in subiecto cōseruare. Sensus ergo erit: aut q̄ v̄tus vitalis preparat ad oēs opatiōes viuētis: aut q̄ preparat ad omnes opatiōes pprīas vitali v̄tutis v̄trūq̄ est v̄p. Nō 4° q̄ v̄tus vitalis de se est pparatiua ad recipiendā v̄tutē sensus et motus: s̄ qñq̄ mēbz ad qd̄ venit nō est sufficiēs ad recipiendū hanc pparationē: et iō non oꝝ q̄ oē mēbz in quo recipiēt hec v̄tus sit pparatiua ad v̄tutē sensus et mot⁹ recipiendū: vt ossa et cartilaginea et filia. Et iō in notificatione vitalis v̄tutis intelligendū est q̄ sit p̄ se pparatiua. Nō tñ q̄ v̄biq̄ pparat. Nō 5° q̄ in quocūq̄ mēbro recipiēt hec v̄tus vitalis saltē aliquā operationē vitalē reperimus. et si nō oēm: vt verbi grā: opatiōe que est aiaz in mā cōseruare: et sic in osse in oī alio mēbro talis operatio inueni⁹: s̄ operationē q̄ est spūm generare vel pulsare nō oꝝ in oī tali mēbro vitalē v̄tutē habēte reperi re. Nā cum sit alicq̄ v̄tus vitalis propria et aliqua cōis: sicut diximus supra de nāli in illis mēbris est v̄tus generandi spūm et pulsandi que tñ propriā habent. Itē attēde q̄ p̄ virtutem vitalem intelligimus hic non animā: sed qualitatuum quoddam p̄ncipium quo anima has operationes operatur.

Quibus et admiscent timoris et ire motiōes propterea q̄ in eis reperiūt dilatationē et pstrictionem que accidit spiritui qui huic comparatus est v̄tuti.

Dicit q̄ medici admiscent. i. attribuūt istis v̄tutib⁹ aialibus motiones que fiunt in ira et timore. Et cā est: q̄ i istis reperiēt dilatatio et constrictio que sunt motus spūs cōparati. i. cōseruentes tanq̄ propriū instrumentū huic vitali v̄tuti. Nō primo. q̄ in ira et timore et gaudio et similibus consi-

deramus duo. s. vnu qd est ipsa passio appetit que e inclinatio ad psequendu vel fugiendu vel no recipiendu vel no persistendu. Et consideram e mot quodam corporeos: vt cordis pulsu et arteriaz et spuis mot nuc ad extra nuc ad intra. Quo g ad primuz iste passiones sunt proprie vlti aiali cognoscitiae. quo ad scdm sunt prinentes ad vltutem vitalis. Et i o Aui. dixit timoris et ire motiones: et non dicit timore et ira. Quo si dicat quid e qd mouet spu itus et extra. Dicunt coster qd e ppa forma sua qd e nali sub ordinata vitali virtuti et e aiali. Et mouet proportionaliter ad passionem que e in vltute aiali: vt in timore vltus intestina et femora. In verecudia ad facie. In ira circa cor ad extra et ad intra diversimode. Alii dicunt qd cerebz habebat talem passionem introducit in spu qlitates per quas sic mouentur. Sed pma rnsio melior mibi videtur. Nota secundo qd spiritus in ira dilatatur et contractatur: quia quandoqz expandit ad extra: qnqz trahitur ad intra et no soluz spu sed cor et arterie mouent: vt hz videri in de pulsib: et b: qui mot fuit a vitali vltute sine dubio p quanto est quo ad quid aiali subordinata.

Nos aut explanabim summam hac et dicem qd quoadmodum ex humoz spissitudine fm aliquam complexione suba generat spissa que est membru aut ps membra; ita ex humoz vaporib: et eoru subtilitate fm aliquam complexone suba generat subtilis qd est spu. Et sic apd medicos epar generationis est principiu: ita cor generatiois secunde principiu existit.

Declarat dicta notificatiem vitalis virtutis. Et dividit in duas: prio ponit preambula. znotificat: ibi (Et hic quide). Preambula sunt duo. Primu est qd quoadmodum ex spissitudine humoz. i. ex pte grossa et corpulenta humoz fm aliquam complexone. i. acquirente aliquam determinatas complexone genitae membru in principio generationis aut ps membra in nutritione. ita ex vaporib: sanguinis et subtili parte humor genet spu. Secundu est. qd quoadmodum apud medicos epar e pnm pme generationis. s. sanguis et humoris ita cor est principiu secde. s. spuum. Ubi notandum qd hec preambula fuerint necessaria vt notificare nobis principale instru h: virtutis qd est spu et principale eius pnm. puta cor. Nam vltute cognoscim per operationes que sunt ab his duob: principiis. Nro z: qd notificat spu ex pte ogatis qd e cor et ex parte mae que est vapor sanguinis tepatus et ex pte forme cu dixit fm aliquam complexone. Na non ois plo eet sueniens ad ee spu: et ita intelligat de modo sube et pportionabilr notificauit membra ex parte mae qd e pars corpulenta et forme cum dixit hz aliquam complexone. Efficiens at membz est vltus generatiua de qua supra dictum est: et dedit nobis intelligi qd ex eadem mae generatur membra et nutriunt cum dixit qd ex pte corpulenta humor genet membra intelligendo in actu generatione: aut pars membra in actu nutritiue. Nro 3: qd spu e illud quo principale viuim: et corpulenti e illud quo nutrimur mo spiritus respicu corpulenti quo nutrimur e calidus et humidus. Et i o dixit ad hunc sensum damascen: viuimus calido et humido. et nutrimur frido et sicco. Nro 4: qd spu vitalis respicu cutis e calidus et humidus: respicu aut humoris et vapor e tepatus ad iusticiam. Sed respicu spu aialis et nalis est calidus et siccus. Et ad hos varios sensus sunt glande auctoritates que hoc sonare videntur.

Et hic spis cui scdm complexone puenit quam d3 hre ad hac virtutem recipienda preparat. deinde oia illa preparat membra ad recipiendum omnes

alias virtutes aiales: et reliquias.

Ponit snt declaratiem dicendo primo qd hec vltus preparat aiali. z: pbat qd hec vltus preparat nali et non nali vitali ibi (Et prepans) 3: pbat qd motiones ire et. sunt ad hanc vltutem reducende ibi (Et qd ira) Prima in duas: p snt declarat. z: pbat qd virtus vitalis preparat aiali: ibi scda (Virtutis egde). Dicit pmo qd spu qui a cor de generat cu peruenit fm conclusionem quas d3 hre preparatur ad recipiendum hanc vltutem. s. vitali: deinde ille spiritus venies ad alia membra preparat ea ad oes alias vltutes anie recipiendas: et per huc modum vltus vitalis preparat ad aiale: et hanc sntiam no pbat: hz vult qd experientia sit nobis magistra qd spu a corde venies ad membra seruat in eis vltate: cu prohibito influxu cordis membra corrumpant: et precipue influxu qd e spu transmissione. Ubi no. qd spu ille ad h: vt hecat vltutem vitali regrit qd hecat debitam complexone. Et i o Aui. dixit cu fm complexonem puenit qud debet habere. Nro 2: qd ex hoc vlt Aui. innuere hanc vltutem. i spu esse aliud a tempamento suo cu dicit qd per debitam complexionem preparat ad hanc vltutem recipienda. Nro 3: qd spu preparat membra ad alias vltutes recipiendas hoc modo: qd dat eis disponem sine qua et si adueniet spu aial vel nali: membru tñ tal vltutem ab illis spiritibus recipere no posset. Nro 4: qd hic spu qd qd pbat membra ad tales vltutes recipiendas: tñ eti effectiue coocurrat ad oia opera membra: i effectiue et dispositiue ad oes operationes alias occurrit. Nro 5: qd alio modo dicunt iste vltutes in spu ee et in membro: nam in spu sunt virtuali: qd spu potest tal vltutem facere in membro sicut lumine hz virtuali caliditate. Sed in membro sunt formal: qd membrum proprie est illud qd informatur tali qualitatuo principio per quod aia pot in tales vel in tales operationes.

Virtutes equidem aiales in spu quidem et in membris non perueniunt nisi postqz hec vitalis prouenit vltus.

Probat qd vltus vitalis preparat aiali. Et dividitur in duas fm qd duas ponit rones. ibi z (Ideoqz) Prima ratio. vltutes aiales no recipiunt in spu vlt in membro nisi postqz vltus vitalis fuerit in eis recepta. qd presupponit vltates tanqz ad ipsas prepartem. Assumptu relinquit tanqz notuz. Nam ipole est membz sentire et moueri nisi viuat. qd impossibile est hecat vltutem sentiendi et mouendi nisi habeat vltutem vitalem: quia sicut operatio ad operationes: ita vltutes ad vltutem.

3o qd vltutes aiales alic membra destruant: viuim tñ membrum adhuc existit nisi hec vltus in eo fuerit destructa. Nonne vides qd membris stupidi aut palitici vnuquodqz fm hitudinem est non habens sensum neqz motu aut pp complexionem que prohibet ipsum eos recipere: aut pp oppilatiem que accidit inter cerebrum et ipsum in nervis qui ad ipsum pueniunt: et tamem ipsum est viuim. Et membru cui accidit no hns sensu et motu et accidit ei vt putrefiat et corrumpat.

Ponit scda rone inferedo vnu correlariu ibi (In membro igit) R o e. l3 i aliq membro vltutes aiales destruant membra tñ viuit. Hz si vlt vital tollat. ita qd membra moriat ipz no sentit nec mouet: qd vlt aial psupponit vitali: cna clara. et maior p: qd i membro stupido et i membro palitico defic sensus et motu: no tñ scdm actu hz est fm hitu vlt pp in qua p: cu no possint sentire applicato obo: nec moueri recipiente appetitu: et h: vel pp maliciam proprie complexonis membra

# Fen. I.

vlp oppilatiōem iter m ēbꝝ t cerebꝝ ex q recipit spūs aialis: t tñ ista talia adhuc sūt vina t minor de se est clara. Per mēbrū at stupidum ppe itelligim? mēbrū ppe nālī ter sensu tact? sensitivū qd ē bac opatione sensiblī dīmīnutū pternāliter: vel ex toto ab ea ista opatio remouet. Et per paliticū itelligim? mēbrū nālī motu voluntario mobile bac vtute p̄uatū: aut in eadē valde notabilī dīmīnutū pternāliter. Et contingit idē mēbrūs ille stupidum t paraliticū: t facilīr dispōnes ille coniunguntur.

**C**In mēbro g palitico ē virt? q ei? custodit vitā donec cū remotū fuerit qd phibz profluat ad spm virtus sensus t motus. Ip̄m nāqz pparatum erat ad suscipiendū eaꝝ pp virtutis vitalis sanitatē in eo. Prohibēs enī nō prohibuit nisi vt nō ea i effcū recipet s̄z mēbrū nō sic ē mortuū. Infert correlarium q̄ ḡ i mēbro palitico qd sanari d̄z ē vt? q custodit ei? vitā. i.e. p̄ntiā in mā. Donec cū remotū fuerit ipedimentū qd phibebat ipz ab ope sensus t motus recipiat vtutē sensiblē t motivū: qr erat prepātū per vitalē: vt illā vtutē recipe posset: qr illud qd phibuit non phibeat nisi qd nō posset istā vtutē recipe cū effcū. i. h̄tu p̄pleo: s̄z pp h̄ mēbrū nō erit mortuū. Circa p̄tē hanc nō p̄ q̄ l̄z aliqd mēbrū repiri posset nāliter dispositū in q̄ sit vtus vitalis t nō sit in eo aialis nec actu nec aptitudie. Et ēt posset repiri aliqd rōnale individuū in q̄ ē virt? vitalis t nō ē aialis virt? fm habitū vt in appopleticō forti appoplexia aī mortē: n̄ tñ pōt inueniri aliqd idividuū totale i q̄ sit vtus vitalis: t tñ nō sit in eo aialis virt? fz actū aut fm aptitudinē. Et ppterā nō posuerūt p̄hi huic vtuti corrīdere gradū distinctū viuētiū. Nō z°. q̄ l̄z dicam? vitalē vtutē pare aiali: nō tñ ip̄a sola suffic ad faciendū mēbrū h̄re vtutē aialē: sed regriſ influxus yl̄ virt? cerebri mediāte aiali spiritu.

**Bubium** tñ ē cū spūs vitalis suscipiat bāc vtutē vitalē a corde. vtz cor in dando bāc vtutē spūi ope ēt mediāte vitali spū: t si sic tūc ēt in spiritibꝝ pcessus in infinitū. t si nō: tūc segitur q̄ in pncipalissima opatione vitalis vtutis cor nō vtteret spū: c' oppo" ponit oēs. Dic dī a quibusdā p̄m spūm reptū in corde genitū ēt avtute gnatiua q̄ ē i spermate. Ego tñ credo q̄ sicut vtus gnatiua q̄ ē i spermate nō gnat sanguinē: s̄z oꝝ oēs sanguinē ab epate gnari. Itē spīn oꝝ h̄re determinatū agens qd ē cor: iō pcedo oēm vitalē spīn genitū ēt a corde mediante spū vitali. Est tñ dare p̄m vitalē spīn in corde meo: grā exēpli: q̄ spūs genit? fuit a corde patris t s̄l'cū spū gignitū i spermate emissus ē. t remansit sub forma vitalis vscq ad cordis gnatiōem t a vtute imutatiua prima ad locum gnatiōis cordis fuit trāmissus ita q̄ in p̄n° cor hūit spīn sibi appositiū a p̄tē genitū: t i talibꝝ nō ē incōueniens pcessus in infinitū sic in p̄ibus iuxta viam p̄bꝝ.

Et pparans nō est virt? nutriendi tñ ita vt dicam? q̄ q̄zdiu vtus nutriendi affuerit viuū erit: t cum destruet erit mortuum.

Dic fm varios doctores vario mō fit text? ītructio Sz ego ponā primo expōnem q̄ mībi vī. deinde subdam alioꝝ expōnem. Est ḡ primo sciendū q̄ gdā fuerūt dīcetes q̄ virtus nutritiua ē p̄ia virt? nāliter in corpe aiali t cuiuscq; viuētiis repta. t q̄ ppter bāc vtutem nō oꝝ ponere aliā vtutē vitalē q̄ vitā p̄seruet: t pp hoc p̄parat: uno dicūt solum bāc nutritiua p̄pare t dare vitam. Hanc ḡ pōnē intēdit Auicē. destruere. Et p̄mo narrat p̄positiōem nō ēt verā. z° pbat ibi Q̄m h̄ ipsuz. 3° pbat q̄ nutritiua p̄ quāto ē nutritiua nō pparat aiali vtutē. ibi (Et si virt?). 4°. p̄cludit ex dictis ibi (Restat). 5°. do-

V. dī ḡ in rato aiali nō p̄t ē vita p̄iu aliusto in p̄ato m̄i aaliis p̄it uā z̄s aalias p̄or p̄iu mutiūlo bibr̄ p̄ollo m̄diato influxi v̄ndis. 10 ab̄ nota dīx̄

# Doc. VI.

cet qīo vitalis ad oēs alias p̄pet operationes vite. ibi (Deinde spūs fm p̄bꝝ). Dic p̄lo ḡ non tantum virtus nutritiua p̄pans est ad virtutē aialē ita q̄ dīcatur q̄ nulla alia virtus regrāt ad viuere: sed q̄zdiu virt? nutritiū destruet erit mēbrū viuū: t q̄n destruet virtus nutritiū mēbrū erit mortuū: ita qd breviter dīcūt q̄ p̄ter nālē virtutē in aiali non regriſ ad p̄pandū p̄ virtute aiali nī nālis que est nutritiua: non vere dicunt.

Q̄m̄ hoc ip̄m v̄būm v̄tutis afferemus nutritiue. fortasse enī pleriqz in aliquo eius opera tio destruet erit t mēbrū viuū remanebit. t fortasse pleriqz remanebit eius opatio t mēbrū tendit ad mortem.

Probat p̄clonem per h̄ q̄ hocmet verbū qd dīcūt ē supra de virtute aiali ad pbandū q̄ ipa p̄supponit alia virtutē p̄ quā vita p̄seruat: possū dicere de virtute naturali: qr̄ fortasse in aliq mēbro destruet ei? opatio. s. nutritiue virtutis t remāebit viuū. q̄ nō ē nutritiua illa p̄ quā imēdiate mēbra viuū: t p̄ q̄s est alia virtus p̄parans ad alias virtutes. Similē fortasse remanebit eius opera tio p̄lma non multū debilitata: t tñ mēbrū tēdit ad mortem: ita q̄ virtus debite p̄seruatua erit notabilē debilita t nō nutritiua. q̄ alia ēt ē virt? p̄ quā imēdiate etiam conseruatur vita q̄ nutritiua.

Sed tūc sunt due difficultates. P̄ia q̄m̄ i prima rōne supponit ēt pole destructuret ēt operationē nutritiue virtutis: t tñ mēbrū viuere: qd videtur falsum: cū z° de aia dīcāt q̄ vscq ad h̄ viuunt aiala q̄usq suscipiūt alimētūz. t q̄ vita ē p̄sistētia aie p̄ alimentum.

Dic dī ḡ fz Auicē. opionē nō ē īpole mēbrū viuere t̄ i eo destructuret ēt opatiōem nutritiue virtutis: vñ stupius in ca: z° h̄ doctrine dīxit q̄ appō q̄ est prim? act? nutritiue virtutis q̄nqz fallit vt in egritudine q̄ vocat attrosia. Et nō ē dubiū q̄ cū fallit appositio fallit ētynio t assilatio. Ad auctoritatē Aristō. r̄ide t̄ q̄ vscq ad hoc viuunt t̄ idest nō notabilē viuit plus aliqd totale viuens q̄ nutritiūt t suscipiat alimētūz: qr̄ nisi alimētūz suscipit nō ēt potens si est aial ad gnatiōez spūs qui ē vite sustentacūlum: nō tñ vult q̄ absolute non pōt viuere nisi nutritiatur: vñ āt mēbrū p̄ticularē fortassis nobili tpe viuet t nō nō trief qr̄ recipet a corde influxū t nō ab epate: t fm h̄ alig volunt q̄ l̄z nō sit pole in aliq totali aiali viuēte ēt vtaz sine nutritione: qr̄ nō est nisi possit spīn vitalem regnare cum h̄ sit p̄m actus vitalis: t q̄ h̄ pōt esse ibi est t materia t virtus potēs nutrire tā i particulari mēbro h̄ pōtēficere. t concordant isto mō Auicē. t Aristō.

Secunda difficultas. Nam si virtus vitalis p̄p̄rat naturali t nutritiue quomodo ē posibile q̄ remaneat plurimuz opatio nutritiue virtutis: et tñ mēbrū tēdit ad mortē. Si ḡ tēdit ad mortē multū debilitatē vitalis: sed debilitata vtute p̄pante neccario debilitatē p̄parata. q̄t multū debilitatē nutritiua. Et filis difficultas posset adduci ad pbādū q̄ vitalis nō p̄p̄rat aiali. qr̄ tūc debilitata vitali debilitaret aialiis: cuius op̄positum videmus in ethicis ad mortem tendentibus. et febribus quibusdam pestilentibus in quibus infirmi sūt cum debilissima vtute vitali: t tamen sentiunt t cognoscunt optime. Dic dīcitur a quibusdam q̄ in quocunq; membro multū debilitatur virtus vitalis in eodē multū debilitatur nutritiua: t etiam aiali. Dicunt scđo. q̄ non est inconveniens virtutem vitalem ēt multū debilitatam: lic̄z no sit sic in alijs. Et tunc dicunt z° q̄ stat in aliquo membro fortes esse operationes virtutis nutritiue. t tñ mēbrū ad mortem tēdere per accīs: ppter ea q̄ in alio membro debilitatē virtus vitalis ad cuius

membri corruptione, sequitur totius corruptio: ut verbi gratia cordis et arteriarum. Et ita dicunt de animali virtute quod in quoconque membro est debilis virtutis si sit in eo animalis virtus illa est debilis: sed tamē stat quod in membris quamdam aīlibet esse fortē virtutē vitalē: sed in qbusdam aīlibet sit valde debilis. Et pro hoc ad argumentū. Membra tēdit ad mortē. quod virtus vitalis est debilis. Nego argumentū. Nam tēdit ad mortē per accidens exnōmento in alio membro.

**C**āli dicunt notando: quod h̄z virtus vitalis preparat aīali et nutritive tñ remissus gradus vitalis virtutis preparat intē so gradui aīalis et nālis. Et ideo stat notabiliter debilitati virtutē vitalē nō debilitata notabiliter animali et nutritiva. Et sic negat argumentū: virtus preparās est notabiliter debilitata. quod virtus pparata est notabiliter debilitata.

**C**ecundus modus exponēdi h̄c tex. fuit Dini de florētia. Et intendit Auicē. in ista parte quod nō tñ virtus nutritiva est preparans vitali virtuti; ita quod quādiu nutrit membra vivit. et quādo destruet operatio virtutis nutritive sit mortuū. **E**t hoc pbat Auicē. ibi (Quoniā hoc ipm) Et est ratio talis hoc ipsum verbū quod nos diximus de virtute animali respectu vitalis possumus dicere de nutritiva respectu vitalis: videlicet quod fortasse. i. possibile est quod ei⁹ operatio. s. virtutis nutritive destruet in aliquo membro: et tamē illud membrū remanebit viuū. ergo virtus vitalis potius preparat naturali. **E**t similiter fortasse remanebit plurimū operatio illius nutritive virtutis: et tamē membrum tendet ad mortē. Et hec parua pticula exponē apud istos duob⁹ modis aut dicendo quod ly. remanebit significat id est quod cessabit. et tūc est sensus. et fortasse remanebit plurimū operatio illius virtutis nutritive. i. cessabit: quod membrum tendit ad mortem: et sensus est clarus. **A**lio modo dicūt quod operationē nutritive possumus duplū considerare vel in se: et sic dicūt esse impossibile quod remaneat ista operatio plurimum membro ad mortē tendente: vel cōsiderat quo ad influxum ab epate. et tūc est possibile virtutis illius operationē que est spiritū naturale ab epate trāmitti ad membrum remanere plurimū: et tamē membrum remanebit ad mortē cordis influxu deficiēte. **E**t sūmā hanc viā itē op̄z cōcedere quod est possibile: ut supra aliqd membrū viuere: et ipsum nō nutrit: quod viuere cū sit existentia aie in corpore est p̄us naturaliter quod nutriti. quod nō claudit aliquā naturalē contradictionem viuere et nō nutriti. **E**t si dicāt quod virtus nutritiva est cōior vitali cōitate subjecti cōcedit: nō tamē est p̄ naturaliter vitali i eo in quo est vitalis.

**T**ertius modus exponēdi est Hētilis quod positis quatuor significationibus huius termini vita et huius termini viuū dicit quod viuū in isto. h̄. sumē ab Auicen. p̄ eo quod est aptus aptitudine completa remota ad sentiendū et mouendū. **N**ota z. quod ad hoc quod membrū sentiat duo requiruntur influxus. unus a corde. aliis a cerebro. Et nō cuiuscumq; gradus sunt sufficiētes: sed p̄triusq; regrī certa mensura. Ita quod verbi grā. de vitali regrī mensura ut quartuor ad hoc ut per influxū tales postea possit sentire et moueri: ita quod si minus quam quatuor heret de influxū cordis nō possit sentire quātūcumq; influxus intensus a cerebro venire: quando quod membrum habet in mensura ambos influxus dī herē virtutem aīalem in habitu p̄pinquo. Cum autē habet influxum cordis sufficientē: ut verbi grā quatuor: sed nō habet influxus cerebri. tūc habet virtutem animalē in aptitudine remota completa. viuū ergo tantū dī de illo quod habet completam aptitudinē remota salte ad virtutem animale. **S**upponit vltierius: quod h̄z in animalibus virtus vitalis et cordis influxus sit necessarius p̄ opere nutritive: tamē nō est tantus necessarius pro opere nutritive quātus pro opere animalis: quia in plantis istas virtutes videmus nutritivas in quibus nō est vitalis virtus. ergo influxus cordis suffi-

cit ad dandū membro aptitudinē remotā completaz pro virtute animali: ut verbi grā. dicamus q̄ mensura ut duo de influxu vitali regrāt et sufficiat ad operatiōes nutritive: et quatuor ad operatiōes aīalis. **U**ltimo supponit quod etiā ad operationes nutritive requiriēt epatis influxus ultra influxū cordis. **E**x quibus sequit quod stat in membro esse fortes operationes nutritive et membrū omnino esse habēs aptitudinē remotā completā ad sentiendum et mouendū. verbi grā. si membrū h̄z de influxū cordis ut duo et nō plura: et h̄z de influxū epatis quātum sufficit. tūc enī nutritive operatiōes sūnt: et tamē membrū nō est preparatum tē. quod ad talē preparationē requiriēt influxus cordis ut quatuor qui nō est ibi: et sic membrū illud est mortuum sūmā significationē iāz dictā viuī et tamē nutriti. **S**equitur secūdo. possibile esse in aliquo membro destrui operationē nutritive virtutis ipso remanēte complete preparato ad sensu et motu: sicut si in membro stante debito influxū cordis et cerebri deficiat influxus epatis. his positis dicunt quod Auicē. in ista parte. Et preparās nō est. intendit istaz cōclusionē. quod virtus nutritiva sola nō est preparās ad virtutem aīale. i. si ita esset op̄z quod dicamus quādiu virt⁹ nutriti erit in membro erit ipsuz viuū ad sensu expositū: quod complete preparatū tē. et quād destruet erit mortuū: sed supple hoc est falsum. ergo falsuz est quod prepares. Et quod hoc sit falsuz. pbat: quod hoc ipm verbū quod dicebamus de aīali respectu vitalis. s. quod stat aīalem in membro corrumpi remanēte vitali: ita hic dicemus quod fortasse id est possibile etiā quod ei⁹ operatio. s. nutritive destruat in aliquo membro et illud membrū remanebit viuū: ut supra dicebat esse possibile: et stat quod remaneat plurimū illi⁹ opōnis: et tñ membrū tendat ad mortē. i. nō sit viuū ad sensum dcm: quod nō heret tñ de vitali spū quātum requiriēt ad completaz aptitudinem remotā ad sentiēdū et mouendū. **H**ec est Hētilis expositio quā nullo modo: puto ad mentē Auicē. quē admodū nec aliā nisi primam.

**E**t si virtus nutritiva inquātū est nutritiva esset ipa virtus que pparat ad sentiendū et mouendū: vegetabilia pparata forent ad sensu et motum recipiendum.

**I**n ista parte iuxta oēs pbat quod virtus naturalis: ut h̄z nō preparat animali per hoc quod si preparat cū nālis reperiāt in plantis et alijs vegetabilibus in quibus est nutritiva reperiēt et animalis: sed hoc est falsum.

**H**ic cadit dubitatio quod non vī quod rō valeat: quod tūc pbat et quod vitalis nō ppararet aīali: quod tūc aīalis reparet in osse cū in eo sit vitalis. **V**idetur quod nō valēt argumentū. nā Auicē. nō vult plus inferre nisi quod tūc vnu totale ididū quod heret pparatē dī vnu virtutib⁹ dī eē aptū ad hēndū pparatā. nūc os nō ē vnu totale. **R**estat ergo ut sit pparās alia res que pparat sequat p̄plonez que vocat virtus vitalis: et ipa quod est prima virtus que in spū puenit: cū spū ex subtilitate humi⁹ pcedit.

**I**nfert ex dictis quod ppter virtutē nutritivā est alia virtus in aīlibet que preparat et sequit p̄plone illi⁹ virtuti appropiataz quā vocat vitalē et ipsa est pma virtus que recipit in spū quod spū fit ex humiditate humi⁹: et quod sequat claz est. ex quo. n. illa alia est virtus per quā stat vita nō est dubium quod ipsa est pma que in spū et membris recipit.

**H**einde spū sūmā p̄hū Aristotele p̄ ea recipit principiū primū et aīam primā ex quā alie p̄ficiunt virtutes. **H**abēt vnu virtutū opōnes ab hoc p̄ueniūt spū in principio rei: sicut etiā sensus

## Fen. I.

apud medicos non puenit per spiritum aialem q̄ est in cerebro nisi ad chrysalloidem penetrat aut ad linguā aut ad alia: cū ergo pars spūs i vētriculū puenerit cerebri op̄lonē recipiet et erit puenies ut ex eo pueniat virtutuz op̄ones que in eo primo repte sunt: et silr i ep̄e: et silr i testiculis.

